

civem Mediolanensem, sapientem virum atque discretum, in eorum vocaverunt potestatem. Hic predictos montanarios ad satisfaciendum civitati, maxime super facto collectae, sapienter coegit (76).

De papa Lucio.

CAP. LXXXVI.

Anno eodem (77), dominus Lucius papa tertius, dum iret Veronam, Faventiam in (28) *Tunis.* vigilia Apostolorum Petri et Pauli venit. Altera vero die ad matricem Ecclesiam (29) *Tunis.* missam dignatus est celebrare (78). *fuit Protonotarius n. p. 784*

Quando comes Bretoldus [a] venit Faventiam.

CAP. LXXXVII.

Postquam sic omnes suos Faventini contriverant inimicos, quod ab molensibus duo recipiebant pallia annuatim, a Castro Leonis de voluntate et consensu Ravenatum ac Liviensium unum, a Castro Salutari [b], unum, a comite Guidone, bisan-
tium unum, a comitibus Bagnacaballi unum, et a quamplurimis castellis pensio-
nem cereae [c] adeo intumuerunt, quod tantam victoriam, cœlitus eis concessam, non
Domino, sed suis visi sunt ascribere viribus. Deficiente itaque hoste extrinseco [d], mo-
re [e] spœvire cœperunt in suos, incipientes a domo Domini. Collegerunt er-
rere [f] tunc primo rusticos et supersedentes ecclesiarum [g] atque nobilium [h]. Qui-
go [i] tunc primo rusticos et supersedentes ecclesiarum [g] atque nobilium [h]. Qui-
dam praeterea filii Belial [j], ut Guillermo Burro [k] in adventu suo providerent in
victualibus, ostia granarii et cellarii [l] matricis Ecclesiae, monasteriorum atque
hospitalium ausu fregerunt temerario, inde pro eorum arbitrio panem auferentes
et vinum. At Iohannes bonæ memorie præsul Faventinus omnes ecclesiarum viola-
tores tamdiu excommunicationis vinculo illaqueavit, quoisque plenissime Ecclesiae
satisfecerint [l]. Porro comes Iulianus et Lambertus fautores Nobilium [m] de volun-
tate ipsorum, post multas preces, frustra rectoribus et civibus sparsas, quod eis eve-
niebat domino Bretaldo, imperatoris [n] Frederici in Italia delegato, lacrymabiliter
narraverunt, ut cives, saltem tanti principis amore aut timore, a tam crudeli vexa-

[a] Comes Bretoldus, C. M.; Comes Bertoldus, C. V. — [b] a Castro Salutari. Codd. sic. Grego-
rius Zucculus, Castrum Salutare, accipit pro Solarolo. Num recte? — [c] pensione cereae, C. V.; pessio-
nem cereae, C. M. — [d] hoste extrinseco, C. M.; hoste extincto, C. V. — [e] more vipereo. Cl. Mitt.
addit more; nam in Codd. tantum legitur, in vipereo. — [f] Collegerunt ergo, Codd. M. et V.; idest, misero in
contribuzione. — [g] supersedentes Ecclesiarum. Sic Codd., idest praesides ecclesiarum. — [h] atque nobilium,
Codd. An legendum: atque nobiles? — [i] filii Belial. Sic Codd.: valet ac filii Daemonis. — [j] Guillermo
Burro. Sic lego: nam ut patet ex Cap. LXXXVI, paulo ante, scilicet anno 1184, eum in potestatem
vocaverant, ac expectabant. Codd. habent: Guillio Luero. — [k] granarii et cellarii, C. V. In C.
M., garnarii et cellarii. Cellarium hic sumitur pro cella vinaria. — [l] Ecclesiae satisficerint, C. M.;
Ecclesiae satisfacerent, C. V. — [m] fautores Nobilium, C. V.; factores Nobilium, C. M. — [n] Bre-
taldo Imperatoris. Sic hic Codd.